de causa ꝛ ratione dixi,ꝛ dico ꝙ banna quecunqꝫ per ipsum lata
contra quoscunqꝫ contumaces quomodocunqꝫ per dictum iudi-
cem sunt penitus nulla ꝛ inualida,nec modo aliquo merentur ali
quam executionem cum tales banniti fuerint citati ad locum nō
tutum,in quo si comparuissent fuissent iniuste ꝛ indebite contra
ius ꝛ iustitiam torti ꝛ dilaniati vt erant omnes comparentes co-
raꝫ dicto iudice diabolico,qui magis appellandus est carnifex ꝙ
iudex.videtur profecto quod illam ciuitateꝫ in qua residet habue
rit in predam durante eius officio.Et ideo dicto iudici merito et
omni semoto dubio dici possunt carmina illa,videlicet Jus ꝛ iu-
ra negas homines et numina fallis.Nec Jouis imperiū nec flege
tonta times.Sed heu heu ista transeant cum alijs infinitis erro-
ribus et calamitatibus hac labe temporis in Italia vigentibus.
Quibus diuina maiestas dignetur finem imponere,pro quibus
omnibus faciant optime dicta per domi.Pari.de puteo in suo
tracta.sindi.in.xlvj.char.in.j.colum.ver.an iudex.quod est.c.cxlij.
illius tracta.ꝛ dicta per Soci.in consil.xxvij.incipi.in presenti cō
☞sultatione.in vlti.colū.post prin.in.iij.volu. (Et vide Jaso.in re
peti.l.admonēdi.in.lxxix.colū.de iureiuran.ꝛ in.l.si ob turpem.
152 in peñ.colū.ff.de cōdi.ob turpē causam.) ¶ †Modo sequendo
ipsam materiam citationis,scias etiam ꝙ non solum iudex debet
committere citationem partis requisitus a parte vt supra dixi.
Sed etiam debet exprimere nomen nuntij per quem velit ꝙ fiat
citatio,al's non valet citatio.Ita not.dixit domi.Franc.de are.in
cōsi.xxxiij.incip.consultatio premissa ꝛc.in.iiij.colū.in ver.nec po
test dici ꝛc.circa medium illius versiculi.ad quod allegat Bald.in
l.petens.C.de pac.¶ Sed tu dicas vltra eum quod hoc apertius
dixit Bal.in.l.eius qui in prouincia.in.ij.col.versic.preterea ꝛc.
ibi ꝛ in nuntio videtur clarius.ꝫ.si cet.peta.Et faciunt dicta per
Bal.in.l.fin.C.de exhiben.reis.ꝛ in.c.venerabilis.in.ij.colū.de do
lo ꝛ contu.De quo etiam dixi in singula.meo.ccxxv.incip.Pro-
curatores ꝛc.ꝛ in repeti.mea rubri.C.de proba.in.lxxvij.col.Item
adde etiam in hac materia citationis quod quāuis erratum sit in
modo citatiōis seu in forma a iure traditis,nihilominus si ille cu
ius interest notitiam habuit eius citationis per quam non legiti
me citabatur.Ita enim eum ligat illegitima citatio vna cum noti
tia subsecuta,sicut citatio legitime facta,ita singulariter dixit Lu
do.roma.in consil.suo.ccccx.incipiē.vt clarior ꝛc.ad quod allegat
casum notabilem.in clemen.causam.in fin.de electio.de quo dixi
latius in singulari meo.cclix.incipiente.generalis citatio.ꝛ in re-
☞petitione mea rubrice.C.de probatio.in.lxxvij.colū. (Vide om-
nino Alex.in consi.cxiiij.incipiē.pōderatis.in.iij.colum.versicu.
accedit ꝛc.in primo volumi.et domi.Phili.decium in cōsi.lxxiiij.
in.ij.colum.ꝛ do.Maria.soci.in repetitione rubrice.extra de dila-
tio.in.xxvj.char.in.j.colum.post princi.ꝛ vide optimum tex.in.l.
quidam decedens.in.§.fin.ff.de admini.tuto.in versicu.innotesce
re autem qualitercūqꝫ sufficit ꝛc.ꝛ vide omnino domi.Felyn.in.c.
cum cōtingat.in.v.ꝛ.vj.colū.per totum.de rescrip.ꝛ Alexā.in cōsi
153 lio.xxvij.incip.viso themate.in.j.col.in.vj.volumine. ¶ †Adde
etiam ꝙ citatus personaliter potest postea citari per edicta posi-
ta in locis publicis ꝛ cōsuetis,ꝛ talis citatio per edicta arctat cita
tum,vt habetur per text.ꝛ doct.in clemē.j.de iudi.ꝛ per Bart.in
tracta.ad reprimēdum.ꝛ per glo.ꝛ doct.in.l ad peremptorium.ꝫ.
de iudici.ꝛ per Cyn.post glos.in autēti.qui semel.C.quomodo et
quādo iudex.Et licet talis citatio valeat.vt in dictis iuribus,ta-
mē hoc fallit ꝛ nō procedit in eo qui potest faciliter personaliter
citari,secus in eo qui lōge abest,ꝛ nō potest commode citari.Ita
dixit Joan.andr.in additio.Specu.in titu.de citatiōe.in.§.viso.
in additi.incipi.super illo verbo ꝛc.quem refert ꝛ sequitur Pau.
de cast.in.d.l.ad peremptorium.post med.vbi subdit ꝙ cum qui-
dam delegatus pape datus in partibus seruasset illum moduꝫ ci
tādi personaliter primo,postea per edicta dicit se dixisse illaꝫ sen
tētiam esse nullam tanꝙ latam cōtra nō citatum quod dicit esse
summe not.quod dictum refert ꝛ sequitur domi.Felyn.in.c.quo-
niam frequēter.§.porro.in.v.colum.vt lite nō cōtesta.ꝛ Barb.in
c.cōsuluit.in.x.char.in.j.colum.de offic.delega.De quo latius di
154 xi in singulari meo.cclx.incipiē.citatus semel ꝛc.¶ †Adde etiaꝫ
vlterius ꝙ iudex potest viua voce aliquem citare ꝑm do.Maria.
soci.in repetitio.rubri.de dilatio.in.xix.char.in.ij.col.vbi ad hoc
allegat Bal.in.l.ꝛ post edictū.ꝫ.de iudi.Et alia allegat,de quibꝰ
155 ibi per eū.ꝛ ibi etiam dicit ꝙ †citatio etiam fieri potest per tabel-
lionem.argu.c.circūcelliones.xxiij.q.v.in princi.de quo ibi latius
per eum.Dicit etiam ꝙ citatio potest fieri per nuntium,vt habe
tur in.c.prudentiam.§.j.de officio delega.ꝛ quo ad talē citationē

156 fiendam per nuntiū. ¶ † Scias ꝙ citatio debet fieri per nuntiū
qui primo citauit, ⁊ non per alium nisi ille primus sit legitime im
peditus. Ita dixit Barto. ⁊ Bal. in. l. j. per illum tex. C. de sportu.
⁊ voluit Bart. in. l. j. ff. de offic. consul. ⁊ ibi Alexan. ⁊ habetur per
Barto. in tractatu ad reprimendum. in versi. per nuntium ⁊c. De
157 quo per Jaso. in. §. quadrupli. in. v. colum. insti. de actio. ¶ † Itē
scias etiam ꝙ citatio facta per nuntium eo mortuo potest proba-
ri per testes vel instrumenta. Ita dixit Bald. in. l. consentaneum.
in vlti. colum. versicu. quid si nuntius. C. quomodo ⁊ quando iud.
158 quod est not. ¶ † Subdit postea domi. Maria. vbi. ff. quod cita-
tio etiam quandoq; fieri potest per partem vt sepe faciunt iudi-
ces dicentes actori vel reo, dic aduersario vt compareat tali die et
hora, ⁊ tu etiam cōpareas de quo latissime ibi per do. Maria. qui
primo arguit ad partes, postea tenet quod pars possit citare par
tem dūmodo hoc fiat de mādato iudicis. Ad quod allegat glo. in
l. si vt proponis. la seconde. C. quō ⁊ quando iudex. ⁊ ibi Bal. ⁊ al-
legat etiam Spec. in tit. de citati. in. §. sequitur. versi. ij. ⁊. l. j. §. hoc
autem. ⁊ ibi Bart. ff. de ser. fugi. ⁊ Ludo. roma. in. l. sciendum. j. de
verbo. obli. ⁊ Bart. in tracta. ad reprimenduz. in ver. per literas. ⁊
alia allegat, de quibus ibi per euz, ⁊ vide Jaso. in. §. quadrupli. in
iiij. col. in fi. insti. de actio. De quo articulo vide etiam per do. Ni-
co. millū in reperto. suo in versi. citatio. in. iij. col. in. iiij. ver. ⁊ Bar.
159 in cōsil. suo. cliiij. incip. maritus fecit heredē ⁊c. ¶ † Item citatio
etiā fieri potest per sigillum ad hoc solituz, secundum glos. in. c. si-
gnificauit. de appel. quā glo. pro singu. allegauit Barb. in. c. corā.
in. iij. col. in versi. item quo ad portātem ⁊c. de offic. deleg. De qua
glo. feci mētionem in repetiti. mea rubri. C. de proba. in. lxj. col. in
160 versi. Et dixit glo. not. ¶ † Item adde etiam ꝙ citatio potest fie
ri per proclama: secundum Specu. in titu. de citatione in. §. sequi
tur videre. versi. ceterū fiunt quādoq; ⁊c. ⁊ in ver. fit quoq; citatio
per preconem ⁊c. De quo etiā habetur in autēti. qui semel. C. quō
⁊ quando iudex. ⁊ per Ange. in. l. qui perlusorio. §. j. j. de appella.
Hec citatio tamen que fit per proclama paucis innotescit quan-
doq;, vt dicit text. in dicta autēti. qui semel. ⁊ glo. in clemē. j. de iu-
dic. ⁊ in clemē. grauis. de sentē. excōmu. ⁊ glo. in autēti. qua in pro-
uincia. C. vbi de crimi. agi oportet. Attamē si fiat in locis publicis
⁊ cōsuetis ⁊ sufficiēter cum sono tube talis citatio est fortior qua-
libet alia citatione. ꝯm Joan. and. in dicta clemen. grauis. in glos.
in verbo preconia. Bart. tamen in dicta aut. qui semel. in. ij. colū.
ver. venio ad secundam particulam ⁊c. dicit ꝙ citatio per edictuz
161 est fortior seu tutior ꝙ̄ citatio facta per proclama. † Et in hac ma
teria citationis facte per proclama teneas menti, vnum videlicet
ꝙ talis citatio ligat tantuz existentes in loco, non autē absentes.
ita dixit Jo. and. in dicta clemen. grauis. vide tamen Bar. ⁊ Ale-
xan. qui tenent cōtrarium in. l. municipij. j. de decre. ab ordi. faciē.
⁊ Innocē. in. c. humilis. de maio. ⁊ obedien. Et scias ꝙ proclama
nō dicitur citatio precisa sed causatiua ⁊ cōditionalis. ꝯm Paul.
de cast. in consi. suo. xliiij. incipien. in causa Egidij ⁊c. circa mediū.
162 ¶ † Adde preterea ꝙ citatio etiam fit quandoq; per sonū cam-
pane, ⁊ maxime in actibus vniuersitatum ꝯm Bar. in. l. ij. in versi.
nota ꝙ debet conuocari. C. de decurio. lib. x. de quo per Bald. et
Paul. de cast. in. l. j. ff. de procu. ⁊ Cardi. in cle. in causis. de electio.
⁊ per docto. in. c. cumana. de electio. ⁊ per Specu. in tit. de electio.
in. §. j. Que autem persone possint citari, vide late per. d. Maria.
soci. in dicta sua repetitio. rubri. de dilatio. in. viij. char. in. ij. colū.
☞ (De hac. q. vide. d. Flo. in. l. in lege aqlia. si delictū. in pe. col. ff. ad
legē aquil. ⁊ do. Fran. cur. cōsil. xliiij. incip. super cōtingētia. in fin.
163 vij. colū.) ¶ † Ulterius antequā exeam materiā citationis nolo
omittere no. quotidianā ⁊ practicabilem questionem in ipsa ma-
teria citationis que est vtrū in absolutione vel habilitatione a iu
ramento requiratur citatio partis de cuius preiudicio agitur, in
quo dicas ꝙ sic ꝯm do. Anto. ⁊ Joā. de imol. in. c. debitores. de iu-
reiuran. ⁊ Federi. de senis in consi. suo. ccc. incip. factū proponitur
esse tale ⁊c. do. Card. in. d. c. debitores. vbi dicit se pluries ita cōsu
luisse. s. quod nō valeat absolutio a iuramento facta seu data non
citata parte de cuius preiudicio agitur iuxta. c. j. de causa posses. ⁊
proprie. ⁊. c. inter quatuor. de maiori. ⁊ obedien. ⁊ iuxta. l. nostraz.
cum similibus. ⁊ in absolutione a iuramento requiritur cause co-
gnitio. ꝯm Innocen. in. c. ad aures. quod met. causa. ⁊ Spec. in ti.
de iudi. delega. in. §. nunc ostendendū. in versi. xxiiij. cum duobus
versi. sequentibus: ergo requiritur partis citatio. l. in cause. §. cau
sa cognita. ff. de mino. l. si deserta. C. si propter publi. pen. l. fi. si per
vim vel alio modo. hanc partem etiam ⁊ omnia supra dicta, refert
⁊ sequitur Alexan. in consi. suo. ccxxj. incipien. visa facti narratio-
ne. in. iij. ⁊. iiij. colū. versi. preterea respondeo ⁊c. in. ij. volu. vbi sub
dit quod idem tenuit Abb. in. c. j. de iureiurādo. ⁊ dicit ꝙ pro hac
parte cōsuluit Pe. de ancha. in consil. suo. clxxxvj. incip. predictis
subtiliter ⁊ ad plenū deductis. Item subdit etiam do. Alexan. in
dicto cōsi. suo quod Jo. de imol. in. d. c. debitores. dicit ꝙ etiā sim-
plex habilitatio persone iurātis ne incurrat periurium fieri opor
tet precedente citatione: quia si pars citabitur poterit esse ꝙ ostē
det quod per calumniam petitur talis habilitatio. argu. l. ij. C. de
fal. ⁊ ita dicit notari per Federi. in dicto suo cōsilio. Item hāc par
tem quod in absolutione vel habilitatione a iuramento requira
tur citatio partis de cuius preiudicio agitur. firmauit Abb. in cō
sil. suo. xij. incipien. Et si copiosior ⁊c. in vlti. col. in. ij. volu. vbi re-
fert hanc partem tenuisse Jo. and. in additionibus Specu. in tit.
de iureiuran. super rubri. in vlti. additione. Et idem tenet Pe. de
ancha. in consi. suo. ccclxxxiij. incip. retento ordine ⁊c. in. j. colum. ⁊
do. Flo. in. l. in lege aquilia. si delictum. in. vj. colū. ff. ad legē aquil.
⁊ idem tenet Alexan. in. l. heres absens. ff. de iudic. vbi dicit ꝙ ista
est vera opinio. ⁊ idem etiam firmat Barba. in consi. suo. lxxxv. in-
cipiē. viso puncto. in. j. char. in versi. Est nunc videndum. in. iij. vo
lu. ⁊ do. Fely. in. c. ecclesia sancte Marie. in. ix. col. in prin. de cōsti.
⁊ in. c. ij. in. xj. colū. de sponsa. ⁊ Jaso. in. l. ne quicꝙ̄. in. xj. colum. in
prin. ff. de offic. proconsul. Cōtrarium tamen quod in tali absolu-
tione vel habilitatione nō requiratur citatio partis tenuit Pet.
de ancha. sibi contrarius in consilio suo. xviij. incipien. in questio-
ne que vertitur. circa finem. ⁊ Pau. de cast. in consi. suo. ccxvj. inci-
pien. circa primum. in penul. colū. Prima tamen opi. est commu-
nior ⁊ melioribus iuribus roborata quam teneas inherendo ma-
gis communi opi. ⁊ videas etiam domi. Maria. soci. in sepius al-
legata sua repeti. rubri. de dila. in. xiiij. char. in. iij. col. in prin. ⁊ So
☞ ci. in cōsi. lix. incipiē. in causa. in. v. colū. in. iij. volu. (De hac. q. vi
de do. Flo. in. l. in lege aquilia. si delictum. in penul. colum. ff. ad le-
gem aquil. ⁊ do. Francis. cur. cōsil. xliiij. incipien. super contingen-
tia. in fi. vij. col.) Et circa hanc materiam absolutionis a iuramē
164 to teneas menti aliqua. † Primo quod absolutio a iuramento
nō potest peti nisi quando iuramentum fuisset dolo vel metu ex-
tortum vel super re illicita positum, ꝯm Dominicum post Arch.
⁊ Joan. and. in. c. ij. de pact. in. vj. ⁊ Ange. in. l. si quis pro eo. versi.
item adde. ff. de fideiusso. ⁊ Alexan. in. d. cōsil. ccxxj. incipiē. visa fa
cti narratione. in. ij. col. in. ij. volu. ⁊ Pau. de cast. in cōsi. suo. ccxvj.
incip. presupposito sine preiudicio ⁊c. De quo latius per. d. Phi
lip. decium in consil. suo. clxxx. incipien. visa renuntiatione. in. iij.
colum. in fin. ⁊ in consilio. clj. incipien. maximi ⁊c. in. vij. colum.
175 ¶ † Item scias etiaz ꝙ absolutio a iuramento posito in contra-
ctu non facit quod absolutus possit venire contra talem contra-
ctum quando ipse cōtractus erat validus et perfectus etiam sine
iuramento. Secus autem quando sustinebatur solum propter iu
ramentum in eo appositum, quia als erat imperfectus seu inuali-
dus. Ita dixit Abb. in. c. cōtingat. in. x. col. in versi. sed vltra predi
cta ⁊c. de iureiuran. vbi refert Ange. ita cōsuluisse de quo latius per
166 Soci. in cōsi. suo. cxv. incip. circa primam. in peñ. colū. ¶ † Item
scias etiam ꝙ iuramentum prestitum in fauorem vnius partis ex
contrahentibus potest remitti per partem in cuius fauorem est
prestitum ⁊ potest relaxari ei qui iurauit, adeo ꝙ non est necessa-
ria alia relaxatio a iuramento. Ita volunt doct. in. c. consuluit. de
vsuris. ⁊ in. c. ij. de sponsa. ⁊ in. l. fina. ff. qui ⁊ a quibus. ⁊ voluit Ale
xan. in cōsi. suo. cclxxvj. incipien. visis. in. iij. colū. ⁊ Specu. in ti. de
lega. in. §. ostendendum. in versi. hoc quoq;. ⁊ in tit. de iureiuran-
do. in. §. j. in versi. quid si aliquis. ⁊ ponit Barto. ⁊ alij in. l. j. in. §. ⁊
post operis. ff. de oper. noui nūtia. ⁊ doct. in. l. cum stipulatus sim
mihi a proculo. j. de verb. obliga. ⁊ Cardi. in clemen. j. in. xiij. q. de
167 vsur. ⁊ Barto. in. l. labeo. ff. de iureiuran. † Et facit etiam qd dici
tur ꝙ iuramentum potest remitti testibus per partes ꝯm Bar. in
l. j. ff. de ferijs. ⁊ in. l. quotiēs. ff. de iureiurā. Uide tamen circa hoc
168 do. Fely. in. c. ij. in. xv. col. circa med. extra de spōsa. ¶ † Itē scias
etiaz ꝙ iuramentum nō firmat cōtractuz nisi quatenus est de mē
te contrahentium ꝯm glo. no. in. l. emptione. C. plus valere quod
agitur. quam glos. refert ⁊ sequitur Pau. de castro in consilio suo
cclxxviij. incipien. viso processu et attestationibus. in. j. colum.
169 ¶ † Item adde quod absolutio a iuramento non est cōcedenda
ei qui venit contra iuramentum priusꝙ̄ petat absolutionē ab ip-
so iuramento: quia frustra auxilium legis inuocat qui cōmittit in
legem. c. quia frustra. de vsuris. ita dixit Federi. de senis in consil.
suo. ccc. incipien. factum proponitur esse tale debitor promisit ⁊c.
in fine consilij. ⁊ Pet. de anch. in consil. cxcviij. incipien. predictis
subtiliter ⁊c. ⁊ Joan. de imol. in. c. debitores. de iureiuran. ⁊ Abb.
in. c. j. eo. titu. ⁊ Lau. de rodul. in. c. cōsuluit. de vsur. in. cxxiiij. que-
stione. pro quo facit quod dixit Bald. in aut. quod eis. C. de nup.
post Bart. in. l. labeo. ff. de iureiuran. vbi dixit ꝙ pars cui est pre-
stitum iuramentum non potest illud remittere iurāti postꝙ̄ inci-
dit in periurium, de quibus omnibus vide late per Alexan. in cō
sil. ccxl. incipien. ponderatis his que in themate narrātur. in. ij. co
lum. Item teneas menti quod licet ille qui vult venire contra iu-
ramentum prestitum debeat prius petere absolutionē vel relaxa
tionē a iuramēto, hoc est verū ⁊ habet locū in iurāte eo viuēte, eo
aūt mortuo heredi eius nō est necessaria aliqua relaxatio vel abso-
170 lutio a iuramēto: † quia vinculū iuramēti quod est spūale est finitū
morte iurātis. ita dixit Innō. in. c. veritatis. de iureiu. ⁊ Jo. and. in
c. si. de fo. cōpe. in. vj. ī nouel. quos refert ⁊ sequit Sal. ī. l. emptiōe.

C. plus

C.plus valere quod agitur.ꝛ in autenti.sacramenta puberum.C.
si aduer.ven.possent etiam dici alia plura ꝛ plura circa materiam
iuramenti que omitto cum hic non sit accommodatus locus cir-
ca materiam iuramenti:sed plenius quam alibi circa materiã iu-
ramenti et eius absolutionis vide per.d.Feli.in.c.ĳ.in.ĳ.et.iiĳ.
char.de sponsa.vbi ponit multa singularia.¶ Visis modo supra
dictis in materia citationis superest aliqua videre in materia cõ-
tumacie quia ex citatione peruenitur ad contumaciam vt de se
patet.ideo circa hanc materiam contumacie plura sunt videnda
171 ꝛ notanda.¶ †Scias igitur primo qd contumacia est delictuꝫ.l.
omne delictum.§.cõtumacia.ĩ.de re milita.et ibi Alex.et in.c.ex
literis.de constitutio.et hoc est verum improprie vt habetur in.l.
qui vas.infra de fur.ƒm Bal.in.l.si mora in.ĳ.col.ver.alibi contu-
macia ꝛc.supra sol.ma.De quo etiam per Bar.in.l.si plures in.j.
col.supra de administra.tu.ꝛ in.l.j.in.§.fi.in vlti.col.in ver.ex quo
nota.s̃.si quis ius diceñ.non obtempera.et ibi Alexan.ꝛ habetur
etiam per glos.in.l.si filius.in prin.supra de interroga.act.et per
Bart.in.l.post legatum.in.§.his vero.s̃.de his quibus vt indig.
et in.d.l.omne delictum.ꝛ per Bal.in.l.fi.C.de crimine stellio.vbi
dicit qd nulla lege cauetur qd contumacia sit maleficium.et per
Alex.in.d.l.si mora.in.ix.col.ꝛ per Bald.in.l.si filio.la.ĳ.in.ĳ.col.
s̃.so.ma.et in.l.si filio data.in fi.eo tit.et per Bald.in.l.et in mul-
tis.C.de appel.ꝛ per Jo.de imol.in.l.pe.in.§.ad crimen.ĩ.de pu-
bli.iudi.et habetur etiam de hac materia in glos.summe.iiĳ.q.j.ꝛ
per glo.in.c.cum non ab homine.de iudic.ꝛ per do.Feli.in.c.cum
Bertoldus.in.ix.col.in fi.de re iudi.et per Jo.de ana.in consi.suo
xlviĳ.ꝛ per.d.Feli.in.d.c.in literis.de constitu.in.xiĳ.colum.ꝛ per
Ang.in.l.fi.C.de iniurĳs.ꝛ per Ang.de are.in trac.maleficiorum.
in verbo qui index videns ꝛc.in.iiĳ.charta.versi.quero an contu-
172 macia.ꝛ per Jo.de ana.in cõsi.suo.xxv.in penul.colũ.¶ †Item
scias qd pro sola contumacia nunꝙ potest imponi pena mortis
ita not.dixit Bald.in.l.qui crimen in.ĳ.colũ.in fi.qui accus.non
poss.ad quod allegat glo.iĳ.q.j.in summa.ꝛ idem dixit ipse Bal.
in consi.suo.ccclxxj.incip.visis dictis statutis ꝛc.in.ĳ.vol.in con-
trarium tamen facit glos.in aut.de lenonibus in.§.si autem que
dicit qd contumax potest damnari ad mortem.quam refert et se-
quitur Alex.in.l.absentem.in.vĳ.apostilla.ĩ.de penis.vbi latius
loquitur in materia.Et scias etiam qd contumacia est magni effe
173 ctus ꝛ quandoqꝫ ipsa contumacia nocet quandoqꝫ prodest.†et
ideo statutum volens patrem teneri pro filio de caupone vel nau-
tam teneri pro famulo suo intelligitur de cõdemnato per contu-
maciaꝫ.ita dixit Albe.de rosa.in prima parte statu.questione.lĳ.
174 incipiẽ.sed adhuc quero ꝛc.†Et idem dicas in statuto dicẽte qd
cõitas teneatur emẽdare damnum ꝛ robarias quoniam intelligi
tur dũmodo de eis vere constet ꝛ non per cõtumaciam.ꝛ cõsuluit
Lud.ro.in cõsi.suo.cliiĳ.incip.iudicium contra Antoniũ ꝛc.pa-
trem nõ teneri pro cõdemnatione filĳ per cõtumaciam de crimi-
ne damnati de quibus omnibus ꝛ de alĳs similibus vide per do.
Feli.in.d.c.cuꝫ bertoldus.in.ix.col.de re iudi.ꝛ idem qd.s̃.tenuit
d.Philip.frãc.de perusio in.c.cum speciali.in pe.col.de appel.in
ver.iiĳ.queritur.ꝛ ad predicta vide Albe.in prima parte stat.que
stione.xlvĳ.incip.Item quero.ꝛ Gãdi.in tract.maleficiorum sub
rub.de bonis malefactorũ.in.v.col.in ver.nota qd pater ꝛc.ꝛ vide
Jo.de ana.in.c.ĳ.in.ix.col.de delict.puerorũ.ꝛ vide Bald.in.l.si
filius cuius.C.ad macedo.Soci.in consi.cxxĳ.incip.prestãtissime
ꝛc.in.ĳ.col.ꝛ.d.Cardi.in cõsi.suo.xliiĳ.incip.pro.d.Christopho-
ro.ꝛ.d.Philip.deciũ in consi.suo.lxiiĳ.incip.diuino ꝛc.vbi predi-
cti notabiliter loquunt̃ in materia.ꝛ facit etiã sing.verbũ Alexã.
in.l.omne delictum.ĩ.de re mili.vbi dixit qd stãte statuto qd ban-
niti possint impune occidi qd tamen vigore talis stat.nõ poterit
impune occidi bannitus per contumaciam.allegat hoc voluisse
Bal.ꝛ Jo.de imol.in.l.si mora.s̃.so.mat.de quo dicto feci mentio
nem in.l.infans in.v.col.post medi.ĩ.de sica.vbi etiam plura dixi
175 circa materiã contumacie.¶ †Vlterius scias etiã qd si aliqs est
citatus ꝛ nõ cõparet nõ est cõtumax qñ nõ fuit citatus ƒm stilum
curie.ita sing.dixit Ang.in.l.fi.C.de cano.prestã.lib.x.qd dictum
pro sing.refert ꝛ sequit̃.d.Feli.in.c.qm̃ contra.in.vĳ.colũ.in fi.de
proba.ꝛ in.c.ex parte.in.v.col.de rescrip.qd dictum ego retuli in
☞ singulari meo.cxviĳ.incip.stilus ꝛc. (Vide nota.verbũ.d.Anto.
corseti in sing.suo in verbo infirmus.) Et idẽ dicas qñ processus
est nullus,nam tunc si citatus non cõparet nõ dicitur cõtumax et
per cõsequens non habetur pro cõfesso.ita dixit Bal.in cõsi.suo
ccclxxj.incipien.visis dictis statutis.in.ĳ.vo.Item scias aliud.qd
cõtumax seu morosus non põt allegare pẽdentiã litis ƒm Bart.
in.l.vbi acceptum.s̃.de iudi.ꝛ in.l.quãuis.s̃.de dam.infec.et in.l.
176 sepulchri.ĩ.de sepul.vio.†Et ideo si remissus ad curiã episcopa-
lem super aliquo incidenti est ibi in mora:tunc iudex prime cause
põt ad vlteriora procedere nõ obstãte dicta remissione quia mo-
rosus vel contumax nõ potest allegare pendẽtiã litis in alio loco:
ita singulariter dixit Bal.quem ibi refert ꝛ sequit̃ Alexã.in.l.de
177 die.in.§.tutor post me.s̃.qui sat.cog.vbi†dicit qd cautela est qd
iudex secularis qñ remittit partes ad curiã episcopalem pro ali-
quo articulo vt sibi prefigat terminum infra quẽ debeat se presen
tasse corã episcopo qd facere põt ipse iudex secularis vt probatur
in.l.preses.cũ ibi no.C.de appel.ꝛ hoc ibi voluit Bart.per illum
tex.de quo latius per.d.Alexã.in.d.§.tutor.vbi dixit qd istud est
nota.dignũ in practica.ꝛ eum refert ꝛ sequit̃.d.Feli.in.c.cũ sit ro-
mana.in.ĳ.col.de app.de quo dixi ego in singu.meo.ccxxxix.inci-
178 pien.contumax seu morosus ꝛc.†Item talis contumax non po-
test allegare incõpetentiam iudicis:ita habetur in.l.si quis ex alie
na.s̃.de iudi.ꝛ in.l.si ex quacũqꝫ.s̃.si quis in ius voc.nõ ierit.et ibi
late per omnes scrib.Itẽ talis contumax non potest declinare iu-
dicem ƒm Innocẽ in.c.preterea.de dilati.quem referunt moder.
in.l.si conuenerit.s̃.de iurisdi.om.iud.ꝛ de his dixi in.l.si quis ne
questio.in.ĳ.colũ.in versi.alius etiam videtur casus.ĩ.de questio.
179 ¶ †Adde tamen hic qd licet vt dixi cõtumax nõ possit allega-
re incõpetentiã iudicis tñ cõtumax cõdẽnatus per iudicẽ incõpe
tentem si postea sit captus per illuꝫ iudicẽ potest se tueri ex nulli-
tate processus.ita no.dixit.Bal.ĩ.l.generaliter.in.ĳ.col.C.de epi.
ꝛ cle.ꝛ vide que dixi in.l.patre vel marito.in.xvj.colũ.ĩ.de qõni.
180 †Itẽ adde qd absens ꝑ cõtumaciã dr̃ presens ꝛ habet̃ ꝓ presente
ad eius damnũ:ita dixit Bal.per illũ tex.in aut.qua in ꝓuincia.
C.vbi de cri.agi opor.ꝛ in.l.cum fratrem.in vlti.col.C.de his qui.
vt indig.ꝛ habetur per Spec.in ti.de arbi.in.§.nono in ver.quid
ergo.ꝛ in ti.de teste §.octauo.circa prin.ꝛ in tit.de appel.in.§.xj.
ver.sed cum.s̃.ꝛc.Et scias etiaꝫ qd ratione magne cõtumacie põt
iudex recedere a regulis iur.aggrauãdo cõtumacẽ multipliciter.
ita dixit Barba.in.c.olim ex literis.de rescrip.quẽ ibi in prin.re-
181 fert ꝛ sequit̃.d.Feli.¶ †Scias etiã qd cõtumacia in vno non no-
cet in alio.vt no.in.c.cõsuluit.de offi.delega.ꝛ glo.ꝛ doc.in.c.ĳ.de
dolo ꝛ cõtu.in.vj.ꝛ in.c.cũ olim.de testi.ꝛ habetur.in.l.generaliter
§.j.ꝛ ibi doc.C.de rebus cre.ꝛ in.l.iĳ.in.§.stichum.s̃.de stat.lib.ꝛ
ibi Jaco.de are.ꝛ voluit Barto.in.l.iĳ.in.§.si ad diem.ĩ.de re mi-
li.ꝛ in.d.§.stichum.ꝛ in.l.consentaneum.C.quomodo et quando
iud.ꝛ in tracta.ad reprimen.in ver.per dictum.et voluit Inno.in
d.c.consuluit.ꝛ in.c.ad petitionem.de accu.ꝛ Alexan.in consi.suo
cxxxvĳ.incip.in causa ꝛ lite in fi.iĳ.colũ.in secundo volu.ꝛ Feli.in
c.licet causam in.xvĳ.col.de proba.in quibus locis dicũt predicti
doc.qd cõtumax ad vnũ actũ debet citari ad alios actus,al's act⁹
182 fiendi nõ valerent.¶ †Item adde qd cõtumacia in criminalib⁹
non facit quẽ haberi pro cõfesso sicut in ciuilibus ƒm gl.ꝛ Bal.in
l.ĳ.in.§.diuus.ĩ.de iure fisci.ꝛ idem voluit Bar.in.l.questionis.la
secũda.ĩ.de questi.ꝛ in.l.absentem.in.ĳ.col.in ver.tertio extra gl.
ꝛc.ĩ.de penis.ꝛ Abb.in.c.veritatis in.ix.col.de dolo et contuma.
183 ¶ †Vlteri⁹ scias qd qñ ex forma.l.vel sta.cõtumax debet habe-
ri pro cõfesso tñ sup hoc requirit̃ sñia interlocutoria iudi.declara
toria eũ cõtumacẽ haberi pro cõfesso:al's si ꝓcederet iudex ad ali
quam sñiam nõ precedente tali declaratione talis sñia esset nulla.
ita dixit.d.Ant.in.c.cum dilecti.de dolo ꝛ contu.in.v.colũ.versi.
vltimo aduerte.ꝛ idem dixit ipse in.c.cum dilecti.de elec.ꝛ etiam
videtur tenere Bar.in.l.ĳ.in.§.qd si actor.C.de iura calũ.ꝛ Pau.
de cast.in consi.xxxiĳ.incip.super primo.in.ĳ.col.ꝛ Ange.de are.
in trac.maleficiorũ.in verbo qui iudex videns in.v.char.in versi.
statutum dicit ꝛc.ꝛ ibi per.d.Augu.in addi.vide tñ.d.Nellum in
trac.bannit.in.iĳ.parte primi tẽpo.in.x.q.incip.queritur an post
lapsuꝫ ꝛc.vbi dicit qd sufficit qd talis pronũtiatio cõtumacie fiat
vna cum diffinitiua ad qd allegat iura de quibus ibi per eum.et
idem dixit Ange.de are.in.d.ver.qui iudex videns in ver.querit̃
tamen an tale statutum ꝛc.ꝛ idem voluit Bal.in.l.sancimus.in.§.
cum autẽ in.iĳ.col.in ver.modo ꝛc.ꝛ ibi in.iiĳ.col.versi.pone dicit
184 statutũ.C.ad trebel.¶ †Et scias vnũ non omittendũ in hac ma
teria vcꝫ qd si ex forma statuti cõtumax debet haberi pro cõfesso
si anteꝙ super dicta cõtumacia sit ꝓnuntiatũ decedat ipse cõtu-
max nõ preiudicaret heredi.ita notanter dixit Bar.in.l.j.in.§.sꝫ
ꝛ constitutio.s̃.de calum.ꝛ in.l.eius qui delatorẽ.in fi.pe.col.ĩ.de
iure fisci.ꝛ in.l.ĳ.in.§.qd si actor.C.de iura.calũ.ꝛ Bald.in.l.j.in
iĳ.col.ver.sed dubitatur eo casu ꝛc.C.ne ex delic.defun.ꝛ in.c.va-
sallus in ver.dicit Jo.monachi ꝛc.in ti.si de feu.fue.cõtro.de quo
dixi etiã in practica mea causaꝝ criminaliũ in.xxvĳ.ꝛ.xxviĳ.char.
ꝛ ibi in alĳs pluribus char.sequẽtibus vbi alia plura dicta no.po-
sui in materia cõtumacie ꝛ similiter in eadẽ practica mea in.clxix.
char.vbi videas qr in dictis locis posui qd sñia lata ꝑ cõtumaciã
magis presumit̃ lata propter vitiũ cõtumacie ꝙ ꝓpter ius partis.
Itẽ posui etiam late an sufficiat constare de contumacia ex actis
absqꝫ sententia interlocutoria iudicis.Item posui etiam qd statu
tum volens qd contumax habeat̃ pro cõfesso intelligit̃ dũmodo
precedat libellus accusatio vel inquisitio valida.Item etiã posui
qd statutum predictum volens qd contumax habeat̃ pro cõfesso
non habet locũ in minore muliere vel rustico.Itẽ etiaꝫ ibi posui
qd qñ ex forma statuti contumax dꝫ haberi pro cõfesso intelligit̃
quo ad delictum tantum non autem quo ad qualitatem ipsius
delicti.Item etiam ibidem posui qd statutũ predictũ volens qd

contumax habeat pro confesso non habet locũ qñ iudex citat reũ
existentẽ extra territoriũ ipsius iudicis. Itẽ etiã posui qꝺ quãdo
ex forma statuti contumax debet haberi pro confesso requiritur
trina citatio nec sufficit vna pro omnibus que omnia hic omitto
185 ne sepius in operibus meis idem repetã. ¶ † Ulterius scias qꝺ
contumax non presumitur habere iustam causam ſm Bald. in. l.
nam ita diuus ante fi. ſ. de adop. et probatur in. l. sancimus. in fi.
in ver. mala conscientia. C. de iudi. ⁊ ibi Bald. in prima col. Item
contumax dicitur esse in dolo. l. non potest. ff. de reg. iuris. l. ex con
sensu. ff. de app. Bar. in. l. minor. la prima. ſ. de minoribus. ⁊ contu
max non videtur bona fide litigare ſm Bald. in. l. ingenuum. in
prima col. ſ. de statu hominum. Nec etiam presumitur habere iu-
stam causam vt dixi secundum Bal. in. d. l. sancimus. in prima col.
⁊ Alex. in. l. papinianus. in. §. meminisse. ſ. de inoffi. testamento.
⁊ dixit Bald in. l. si ea. in prin. C. qui accus. non poss. qꝺ eo ipso qꝺ
quis non vult comparere videtur de causa diffidere. ad quod alle
gat glos. in. c. honoratus. lxxiiij. di. vbi est not. glo. ad hoc et dixit
186 Abb. in. c. j. in. iij. col. de iudi. qꝺ † contumacia est peccatum mor-
tale vnde contumax dicitur infidelis. lxxxj. dist. c. si qui presbyte-
ri ⁊ maximum est peccatuȝ inobedientia, vt in. c. sciendum. xxx. q.
j. et ista refert Ias. in. d. l. j. §. fi. in fine. ſ. si quis iusdicen. non ob.
187 ¶ † Tu etiam adde vltra Ias. text. valde not. in. l. desertorem in
§. in bello. ff. de re milita. vbi dicit text. in bello qui rem publicam
a duce prohibitam fecit aut mandata non seruauit capite puni-
tur etiam si res bene gesserit. ⁊ glo. ibi dicit nota qꝺ magna est vir
tus obedientie. ⁊ allegat plura iura ad hoc: ⁊ ideo dixit glos. in. c.
qꝺ culpatur. xxiij. q. iiij. qꝺ licet dominꝰ in aliquo casu peccet pre-
cipiendo tamen non peccat subditus obediendo quod etiam di-
xit Car. Alexã. in. c. j. in. iiij. col. in titu. hic finitur lex cora. in vsi-
☞ bus feudoruȝ. (Vide Flo. in. l. sed ⁊ loci. in. §. sed ⁊ si quis. ff. fini.
regũ.) ⁊ facit etiã econtra nã obediens nõ debet puniri etiam si
male facit. tex. est no. in. l. libertorũ. in fi. ſ. de his qui not. infa. vbi
tex. dicit nã ⁊ qui obtẽperauerit venia dignus est ⁊c. ⁊ ibi glo. no.
188 ad hoc illum tex. † Et scias etiã qꝺ contumacia semper interpre
tatur in id qꝺ est deterius contumaci ⁊ vtilius aduersario. Ita di-
xit Bart. in. l. quãdiu. la vltima in prima colũ. in versicu. venio ad
vltimam glo. ſ. de acqui. heredi. ad qꝺ allegat. l. de etate. §. qui ta-
cuit. ſ. de interrogat. actio. ⁊. l. ij. §. qꝺ si actor. versi. si reus. C. de iu-
189 ra. calũ. ¶ † Adde etiã vlterius qꝺ cõtumax non videt prorogа
re iurisditionem scꝺm Innocẽ. in. c. innotuit. circa medium de eo
qui furti. or. susce. ⁊ Bald. in. l. si qui ex consensu in. iij. col. versicu.
deinde nota. C. de episcopali audien. ⁊ habetur per Bald. in. l. j. ſ.
de iurisdi. om. iudi. ⁊ per Alex. in. l. ij. ſ. si quis in ius voca. non ie.
⁊ per Bart. in. l. non videtur. ſ. de iudic. ⁊ ibi per Alex. hoc est ve-
rũ si iudex erat omnino incompetens. sed secus si per exceptionẽ
secundum Bar. in. d. l. nõ videt. ⁊ Bal. in. d. l. ex consensu. ⁊ Alex.
in. d. l. non videtur. ⁊ Inno. in. c. preterea. de dilatio. ⁊ in. d. c. inno-
tuit. ⁊ vide Bald. in. l. j. C. de iurisdi. om. iudi. ⁊ Ange. in. d. l. ij. ſ.
190 si quis in ius voca. non ierit. ¶ † Ulterius scias qꝺ contumax
in duobus locis ⁊ condemnatus pro eodem crimine poterit cogi
soluere vtrãqȝ condemnationem ⁊ imputet sibi quare hoc passus
est. ita not. dixit Bart. in. l. sepulchri violati in fi. ff. de sepul. vio. de
quo ibi per Alex. ⁊ per Bald. in. l. j. in pe. col. ver. tertio quero ⁊c.
vbi de cri. agi opor. ⁊ in. l. si pluribus. ſ. de leg. j. ⁊ in. l. pe. in. vij. col.
C. de exce. rei iudi. ⁊. d. Ant. in. c. de his de accu. ¶ Modo vlteriꝰ
circa hanc materiam contumacie queri põt de quotidiana ⁊ vtili
191 questione que sepissime in facto contingit vȝ: † an cõtumax pos-
sit condemnari sine alia citatione, in quo glo. in. c. qm̃ cõtra. extra
de proba. ⁊ ibi Abb. ⁊ Io. de imo. tenent qꝺ non. Sed solum pote
rit contra eum procedi ad cõdemnationẽ expensarum. quas fecit
pars presens. Ita dicit Abb. in. d. c. qm̃ contra. ⁊ se remittit ad gl.
in. c. querelam. in verbo expensarũ de procura. ⁊ ad dicta per eum
ibi ⁊ in. c. cum dilecti. de dolo ⁊ contu. sed do. Feli. in. d. c. qm̃ con-
tra. in. viij. col. in hoc vltra Abb. allegat glo. idem tenentem in. c.
honoratus. in verbo tot scriptis. lxxiiij. dist. ⁊ glo. in. c. de illicita.
in verbo peremptorio. post me. xxiiij. q. iiij. ⁊ glos. ij. in. c. j. de dolo
⁊ contu. in. vj. ⁊ Bart. Bald. ⁊ Ange. in. l. sancimus. C. de iudic. et
Bar. in. l. contumacia. ff. in hoc titu. ⁊ Bar. ⁊ Ioã. de imol. in. l. qui
ante kalendas. ff. de verb. obli. ⁊ Spec. ⁊ Ioã. and. in ti. de citatione
in. §. viso in ver. sed quid si tres. ⁊ Ang. in. l. ij. C. de anna. excepti.
⁊ do. An. post Inno. in. c. finem litibus. in. iij. col. de dolo ⁊ contu.
⁊ Spec. in ti. de expensis. §. j. versicu. sed queritur qñ prestande ⁊c.
⁊ ista adduxi in. l. patre vel marito. in. vj. col. ver. vlterius scias ⁊c.
ff. de questio. vbi examinaui hanc questionem. ⁊ hanc partẽ qꝺ cõ-
tumax non possit mulctari sine noua citatione vt veniat ad se de-
fendendũ ne condẽnetur propter suam cõtumaciã. ⁊ hoc firmauit
expresse Bar. in. l. ij. in vlti. col. ver. sed q̃ro. ſ. si quis in ius vo. non
ie. vbi dicit qꝺ non põt talis cõtumax a iudice mulctari sine noua
citatione: ⁊ dicit qꝺ debet sibi statui terminus ad faciendum suaȝ
excusationẽ siue defensionẽ: ⁊ hoc per illum tex. de quo etiam per
Alexã. post Bar. in. l. j. ſ. si quis iusdi. non obtempera. ⁊ ibi in illa
l. j. in prin. in vlti. col. vide omnino Ias. no. loquentem ⁊ ista opi.
☞ mihi videtur consona iuri ⁊ equitati. (Vide Alex. in consi. ccxij.
incip. ponderatis. iij. col. in. vj. volu.) Nam si diceremus contra-
rium scȝ qꝺ cõtumax posset sine noua citatione condẽnari seque-
retur absurdum ⁊ incõueniẽs vȝ qꝺ ille q fuit cõtumax ex aliquo
iusto impedimẽto cõdemnaretur quod esset iniquum ⁊ absonum
⁊ contra iura quãplura: nam in dubio quis nõ presumit cõtumax
⁊ inobediens superiori qꝛ cõtumacia est delictũ vt dixi. ſ. l. omne
delictum. §. contumacia. ff. de re mili. ⁊ habet per glo. in. l. filius. ſ.
de interrog. act. ⁊ in. c. qui resistit. xj. q. iij. ⁊ in. c. si quis de maio. et
obedi. ⁊ habetur per glo. in. c. ex literis. de consti. ⁊ latius per do.
Maria. soci. in. c. veniens. in. lvj. col. in repet. sua extra de accusa-
192 tio. † Et ideo videmus qꝺ per solum iuramẽtum excusatur quis
a contumacia ſm glo. no. in. c. vnico. in glo. fi. iiij. q. v. quam refert
⁊ sequitur ad hoc Fede. de senis in consi. suo. cxiiij. incip. sup pun-
cto ⁊c. De quo dixi ego in repe. mea rub. C. de proba. in. xxix. col.
☞ in versi. incip. item infirmitas ⁊c. (Vide in reperto. meo in lite-
ra. A. in. xij. char. in primo no.) Quinimmo dixit glo. not. in. l. ex
consensu. ff. de app. qꝺ citatus qui non comparuit excusatur a cõ-
tumacia si dicit citationem misisse obliuioni vel non comparuisse
193 quia non credebat iudicem ita festinare ⁊c. † Pro qua glo. opti-
me facit illud qꝺ dicitur vȝ qꝺ quelibet iniusta causa dummodo
colorata excusat a dolo vt dixit glo. in. l. plagij. la secũda. ff. de pla-
gia. ⁊ glo. in. l. vnica. §. fi. ſ. si quis iusdi. non obtempe. ⁊ in. l. satis
pene. ſ. de in ius vo. ⁊ in. l. j. C. vbi causa stat. ⁊ in. l. j. in fi. ff. de abi-
geis. ⁊ in. l. non potest dolo carere. ff. de regu. iur. de quo etiam ha-
betur per Alexan. in consi. suo. ccxj. inci. visis ⁊ discussis ⁊c. in vlti.
col. ⁊ in consi. suo. cccclxxiiij. incip. visa ⁊c. in. iij. col. ⁊ in cõsi. lxxiij.
incip. non puto. in penul. col. in primo vol. ⁊ in eo. vol. in cõsi. xcij.
incip. perspectis. in pe. col. ⁊ per Ludo. ro. in consi. suo. cl. incip. in
proposita. ⁊ in consi. ccxxiiij. incip. ista captura ⁊c. De quo etiam
dixi in. c. ij. circa med. extra de homi. ⁊ ĩ repe. mea. l. fi. in. xxx. char.
C. de proba. de quo etiam per. d. Feli. in. c. si quis in vlti. col. de ma-
io. ⁊ obedi. ⁊ per Cepo. in consi. suo. viij. circa fi. ⁊ per do. Philip.
decium in consi. suo. clxx. incip. viso themate ⁊c. in vlti. colũ. ⁊ per
Ang. in. l. pretor ait. §. in hac actione. ſ. vi bo. rap. vbi ponit singu
lare verbum in hac materia qꝺ non refero nunc breuitatis causa.
An autẽ valeat statutũ qꝺ ex sola cõtumacia aliter nõ cõstante de
crimine quis possit cõdemnari ad mortem. vide que dixi in. l. de
minore in prin. in vlti. colũ. ver. ⁊ an valeat statutum. ff. de questio.
194 ¶ † Quero vlterius de alia not. questiõe que sepissime occurrit
⁊ in causis ciuilibus ⁊ criminalibus vȝ quidã Petrus Ioãnis ci
tatur ⁊ in citatione dicitur Petrus Martini citetur ⁊c. An talis
citatio arctet euȝ ad cõparendum adeo qꝺ si non cõparet dicatur
contumax ⁊ iura loquentia de contumace seu de contumacia ha-
beant locum contra eum. In quo dicas qꝺ non dicitur contumax
ſm Bar. in. l. in testamento. ſ. de conditio. ⁊ demon. ⁊ in. l. demõ-
stratio falsa. in. vj. col. ver. vj. quero quid in iudicijs ⁊c. eo. ti. ⁊ Bal.
in. l. hac consultissima in. ij. colũ. ver. item vbi obscuritas ⁊c. C. qui
testa. facere pos. ⁊ Bal. in. l. j. ſ. de lib. ⁊ posthu. De quo etiaȝ vide
Bal. in. §. eum quem temere. ſ. de iudici. ⁊ do. Cardi. in cle. ij. in. v.
☞ not. vt lite penden. (Vide Alex. in consi. cviij. incip. visa. in. vij.
volu.) Et ideo qñ aliquis amicus meus citat alio noĩe q̃ ipse vo
cet facio qꝺ ipse custodit diligẽter schedulã citatiõis vt eã possit
semper ostendere qualiter in ea non continebatur nomen suum
ex quo ipse non comparuit. Et ideo merito gesta contra eum nõ
nocẽt ei quod est no. Et tene mẽti qꝺ licet notarius cause in actis
scripserit talis citatus ⁊c. per hoc tamẽ non probat citatio ipsius
nisi aliter constet de tali citatione. Ita dixit Bal. in. l. finali in vlti
ma colũ. in versicu. quero cauetur in actis ⁊c. C. de re iudica. ⁊ in
aut. si quis in aliquo. in. iij. col. in ver. ⁊ idem dico in citatione. C.
de edẽ. Pro quo facit quod dixit Abb. in cõsi. suo. xcij. incipiẽ. in
Christi nomine sniam latam ⁊c. in vlti. colum. Et faciunt optime
ad predicta que ego late dixi. in. l. j. in. §. si quis dicatur. in. ij. ⁊. iij.
195 col. infra de questio. ¶ † Ulterius scias qꝺ licet quis sit cõtumax
tamen iudex etiam delegatus potest facere ei gratiam expectãdo
eum in die sequẽti. nec pars aduersa potest ei contradicere. qꝛ ipe
iudex vtitur potestate sibi a lege tradita. Ita dixit gl. Bal. ⁊ Bar-
ba. in. c. cõsuluit. de offic. deleg. quod dicit ibi Bald. esse nota. di-
196 gnũ. † Et idẽ dixit Bal. in. l. ⁊ post edictuȝ. in prin. ſ. de iudi. vbi
dicit nota qꝺ post peremptoriũ emanatum iudex de benignitate
põt citare vna alia citatiõe. ⁊ subdit qꝺ simile dicũt Canoniste scȝ
qꝺ iudex põt cõtumacẽ expectare de benignitate si vult ⁊ nõ cõfe-
stim fulminare sentẽtiam. vt extra de offic. delega. c. cõsuluit. ⁊ no.
insti. de verb. obliga. §. j. ¶ Dicit postea ipse Bal. hoc aũt presu-
mo eo ipso qꝺ iudex nõ pnũtiauit sȝ distulit vt videat expectasse
de benignitate vt valeat sententia tanq̃ lata in termino expecta-
☞ tiõis. ⁊ hoc dicit ipse Bal. habuisse de facto. (Vide. ſ. in. xij. col.
post. med.) ⁊ faciunt etiam ad predicta que dixit Pet. de an. in
consi. suo. ccxj. incip. inter contraria ⁊c. quasi per totum. ⁊ faciunt
optime dicta per me. in. l. questionis modum. in. v. colũ. in princ.
infra.

197 infra. de questio. ¶ † Ultimo pro nunc scias qd contumax non
auditur nisi refectis expensis. vt in. l. sancimus. C. de iudic. ⁊ habe
tur in. c. quoniam frequenter. §. in alijs. extra. vt lite non contest.
⁊ in. §. omnem. ⁊ ibi Ange. in auth. de litigio. ⁊ in auth. qui semel. C.
quomodo ⁊ quando iudex. Refectis autem expensis auditur nõ
tamen etiam tunc auditur opponendo exceptiones peremptorias
sm Inn. in. c. preterea. de dilatio. ⁊ Ang. in. l. peremptorias.
C. senten. rescin. non pos. qd dictum pro valde not. refert ⁊ sequit
Ang. de are. in. §. appellantur. in. iij. colũ. instit. de except. An au-
tem contumax refectis expensis admittatur ad opponendũ con-
tra processum iam factum vide late per Iaso. in. d. l. sancimus. in
pen. col. versi. Septimo quero ⁊c. C. de iudic. Item in materia ex-
198 pensarum reficiendarum propter contumacem. ¶ † Scias qd
contumaci potest denegari iurisditio ⁊ audientia donec actuali-
ter soluat expensas sm Ias. in. d. l. sancimus. in versi. secundo no-
ta ⁊c. C. de iudic. pro quo sm eum facit glo. not. in. l. sed si per pre-
torem. in. §. sed si de cetero. ff. ex qui. causis maio. ⁊ dicit Iaso. vbi
ff. qd predicta sunt intelligenda non solum in illa causa: sed etiam
in omni alia causa quam habet ipse contumax cum omnib⁹ alijs
personis coram eodem iudice. Ita dixit Bald. sm eum in. l. con-
sentaneum. C. quomodo ⁊ quando iud. in. v. col. in ver. deinde ad
euidentiam premitto ⁊c. vbi reputat hoc nota. dignum ⁊ idem te
net idem Bald. sm eum in. c. fi. extra de mutu. peti. ⁊ in. c. cum ve-
nissent in. iij. colũ. de iudic. ⁊ in. c. grauis in. vij. col. in fi. de restitu.
spolia. limitat tamen. d. Iaso. vbi. ff. predicta non habere locum
in arbitro qui propter contumaciam non potest denegare au-
dientiam quod dicit voluisse Lud. ro. in. l. j. in pe. colũ. ff. de arbi.
199 ¶ † Item etiam dicit Iaso. vbi. ff. qd arbiter non potest mulcta
re contumacem sicut ordinarius sm glo. in. l. non ex omnibus in
prin. ff. de arbit. intelligendo vt ibi per Bar. ⁊c. Item istam regu-
lam qd contumax non auditur nisi refectis expensis intellige ha-
bere locum etiam in minore contumace qui minor etiam non au-
ditur nisi refectis expensis sm Bar. in. l. si finita in. §. si forte. ff. de
dam. infec. et an ex contumacia tutoris vel curatoris reficiantur
expẽse per pupillum an per ipsum administratorem ponit Bar.
in. l. contumacia. ff. in hoc tit. ⁊ in. l. j. §. si procurator in vlti. col. ff. si
200 quis ius dicenti non obtempera. ¶ † Item scias etiam qd hec
regula habet locum nedum in reo citato: sed etiam in actore citã-
te: quia si postea se absentaret ⁊ esset cõtumax non audiretur nisi
refectis expensis: et fortius procederet in actore citante q̃ in reo
sm Bald. Cy. Sali. ⁊ Pau. de cast. in. d. l. sancimus. vbi Ias. addu
cit bonam rationem pro hoc. ¶ Item etiam scias qd contumax
non auditur nisi refectis integris expensis. Nam si soluisset oẽs
expensas excepto vno nummo non audiretur sm Bal. in. c. con-
querente in. j. col. de resti. spolia. ¶ Et scias etiam qd hec regula
expensarum habet locum etiam in causis criminalibus quando
proceditur per denuntiationem vel accusationem. Nam si denun
tians vel accusans est contumax non auditur nisi refectis expen-
sis. ita tenet Cy. in. d. l. sancimus in. xv. q. ⁊ Sali. in. xj. ⁊ in. l. seue-
ritatis. C. de excusa. tuto. ⁊ in. l. j. C. de sumpti. recup. libr. x. et ista omnia ponit Ias. in. d. l. sancimus in. ij. iij. ⁊ iiij. col. vbi etiam alia plura notabilia ponit in hac materia que per te videre poteris: ⁊ ibi vltra premissa limitat hanc regulam pluribus modis de quibus ibi per eum quem non refero breuitatis causa. Possem etiã alia plura ⁊ plura adducere circa hanc materiam contumacie que omittere statui ne sim prolixior: ⁊ similiter potuissem alia q̃plura adducere superius circa materiam citationis: sed solum adduxi suprascripta que mihi visa sunt vtiliora ⁊ digniora ⁊ magis practicabilia ceteris. Alia etiam videre poteris per. d. Maria. Soci. in sepius allegata sua repeti. rubri. extra de dilatio. ⁊ per Barba. in reperto. suo in verbo citatio per totum. ¶ Quare omisso. §. qui apud. huius legis, statui presenti repetitioni ⁊ opusculo finẽ imponere gratias innumeras et immortales agens pijssimo ac benignissimo deo: eiusq; gloriosissime Matri. Necnon beato Francisco aduocato meo. Et ista addantur alijs operibus sudoribus laboribus vigilijs et lucubrationibus meis continuis in quibus continue versor. Male tamen et pijssime remuneratus: ex studio meo Bononie. Die vltimo Iunij. 1518.

Hic finis adest Repetitioni

l. de vno quoq;. ff. de re iudica. Edite per me Hippolytum
de Marsilijs. I. V. Doctorem in hoc patrie mee
Bononiensi studio ad laudem et gloriam
summi dei: totiusq; celestis curie ⁊c.

In Excellentissimi preceptoris laudem: operisq; commendationem Thomei culpani Ueronensis carmen.

Qui populis dant iura premit quos turba clientum.
  Quiq; iuuant penso consilio innocuos.
Hippolyto referant grates ⁊ multa precentur
  Marsilio bona qui tale opus ediderit:
Cui nequeat longeua etas aut liuor obesse
  Quod neq; putre situ rodit iners tinea
Nanq; opus hoc in se comprehendit plurima scitu.
  Digna nec vsq; hec ad tempora lecta alias:
Auctor ⁊ in patria inuidia est vbi maxima assillum
  Iuris ⁊ extra omnem dicitur esse aleam.

Lugduni per Dionysium de Harsy Typographum
probatissimũ mense Mayo.
1532.




SANCTA
SALVE
FACIES
Simon Uincentius



colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm